

## SERMO

et eius historia reperimus q̄ eccle-  
sia facta est quintuplici de causa et  
ad quintuplex officium. Primo vt fi-  
deles ibi gregentur. q̄d notat̄ ibi  
domus nō dicitur theat̄. non enim  
ibi canj clamor et auim rapacium  
esse debet. sed christianoz gregat̄  
tio. Vnde ecclesia dicit̄ congregatio  
fidelij. Sc̄do vt deus ibi habitet ibi  
mea. vnde. ij. pa. ralipp. vij. Elegi lo-  
cum istum vt sit ibi nomen meum in  
sempiternū. et p̄maneat oculi mei  
et cor meum cunctis diebus. Et quo  
patet q̄ deus ibi habet tria videlicet  
oculos vt videat orationes. genu-  
flexiones. et etiam vestimentoz va-  
nitates. Amb. sup. epi. ad tbi. Qui in  
oratione vult ex audiri. amota a se  
pompa inclinare se debet. vt dei mi-  
sericordiā p̄cuet. Videt etiā ibi va-  
na loquentes. videt etiā eos qui ec-  
clesiam p̄ secularia negotia pellunt.  
habet ibi nomen suū q̄ domus dī vo-  
catur. Domus aut̄ a dño vocat̄. hu-  
miles igitur illuc p̄inent quoz dñs  
est deus. habet etiā ibi cor. vñ Ma-  
tbei. v. Vbi est thesaurus tuus ibi  
est et cor tuū. id est christus. Ora-  
tionis Gen. xxvij. Terribilis est lo-  
cus iste nō est hic aliud nisi dom⁹ dī  
et porta celi. que oratio ibi citius ex-  
auditur p̄pter reliquias altaria et  
locū consecratū eucaristiaz sanctorū  
patrociniū et christianoz p̄sentiam  
Quarto est facta ad deum laudan-  
dum. Vnde vt ante illud euangeliū  
habetur pueri clamabant in templo  
christum venerantes sed iudei incre-  
pabant talia. quibus ait christ⁹. Di-  
co vobis q̄ si hij tacuerint lap. cla.  
Ideo septem hore ibi canunt̄. Quī-  
to facta est ad docendum. vnde sub-  
ditur et erat quotidie docens in tem-  
plo. Discere enim ibi debemus p̄-

## LV33

dicatione lectione oratione. aut me-  
ditatione. vel visu imaginum

## Dominica vndecima

Vo homines ascenderunt  
in templū vt orarēt vn⁹  
pha. et alter publicanus.  
Luce. xvij. In isto euan-  
gelio tria principaliter traduntur.  
Primo superboz hoim eleuatio. Se-  
cundo humilium p̄pria deplio ibi.  
Stans aut̄ pub. Tercio de vtriusq̄  
vite varia sententia et conclusio ibi  
Omnis qui se exalrat etc. A De  
prio tria notant̄. Primo qui sint tā  
q̄ iusti sed falsi. Vnde p̄mittit̄ di-  
xit iesus ad quosdam qui in se confi-  
debant. Est em̄ quadruplex iusticia  
nō vera. Prima p̄sumpta de qua ro-  
r. Ignorates dei iusticiā et suā sta-  
tuere. Sc̄da falsa de qua gre. hic ve-  
ra iusticia compassiōnē habet falsa  
indignationem. Tercia simulata de  
qua aug. Simulata equitas non est  
equitas. sed duplex iniquitas. Quar-  
ta supsticiosa de qua Eccl. vij. Noli  
esse nimis iustus. Sc̄do notat̄ veri-  
usq̄ laudabile principiū. in quo tria  
comendabilia habuerūt. Primo lau-  
dabile societate q̄ duo hoies. Sc̄do  
queherūt locum vtilē q̄ ascenderūt  
in templū. Tercio habuerunt debi-  
tam intentionē q̄ vt orarēt. Tercio  
describit̄ p̄ harilei elacō et falsa ius-  
ticia. Cum em̄ vera iusticia ad tria  
se bene habeat. sc̄ ad deum. ad pro-  
ximum. et ad se. Iste per contrarium  
male se habuit quo ad tria. videli-  
cet respectu dei. respectu proximi et  
respectu sui. respectu dei tripliciter  
In gestu q̄ stans. cū deberet genua  
flectere vel aliomō se inclinare. In  
affectu. q̄ se nolle videri simulavit